



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber VII. De personis, & primum de statu personarum naturali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)



SYNTAGMATIS IVRIS

VNIVERSI PARS SECVNDA.

DE PERSONIS, ET PRIMVM,

De statu personarum naturali.

LIBER VIII.

De homine & personis in genere.

CAP. I.

- 1 Continuatio libri.
- 2 Quare prius de rebus, quam de personis diximus, contra Iustinianum ordinem.
- 3 Homo omnium rerum creaturarum particeps.
- 4 Persona nomen quid contineat. Et quid significet: Et quid accipitur apud Græcos.
- 5 Personalia quæ dicantur.
- 6 Homo duplex, externus & internus.
- 7 Personatus quid.
- 8 Persona pro proprietate diuina.
- 9 Hominis appellatio ad utramque sexum, masculi & feminae pertinet.
- 10 In utero existentes nondum uati, homines an dicantur.
- 11 Quis in utero est, pro nato habetur.



EXPLICATA ¶ rerum corporalium & incorporearum præcipua substantia, & distinctione, recte subnectitur personarum tractatio. Nam mixta quædam est species homo, qui componatur ex parte incorporali, nempe ex anima intellectuali, & rationali, & ex corpore physico & palpabili: aliter siue anima non homo, ut ait D. Augustinus,

no. *quæst. in Exodum, & in quæst. vet. & noui Testam. in c. quod uero, & can. Moyses, 32. q. 2. c. si quis obiecerit, l. q. 1. Cyrillus Hierosol. Catechesi 4. Act. obius 2. con. gentes. Plato in Cratyllo & alii. ¶ Et mea sententia ordo hic probati debet magis, quam Iustinaeus, qui a personis uoluit initium iuris tractationis facere: eo quod eorum causæ ius omne constitutum diceret, de iure naturæ apud Iustin. secutus hac in re Hermogene in Iurif. con. l. 2. de stat. hom. lib. P. tit. 5. vel tatus cum Paulo, *Iustissime, 4. 4. de ad. edict. lib. 21. P. tit. 1. dignitate, ut verum est, hominem ceteris excellere rebus: & ideo a personis, ut a dignioribus esse incipiendum: facilius tamen via discendi a primis & simplicibus ad composita ascendere. ¶ Sicuti & ¶ in Genesi rerum, Gen. 1. primum res corporales & incorporales opere sex dierum create atque distinctæ fuerunt, postea uero homo creatus, ueluti rerum fere omnium, quæ præcedebant aliquomodo particeps. Nam, ut ait Horatius *lib. 1. carm. Ode 16.***

Fertur, inquit, Prometheus, i. prouidentia, addere principi, i. homini.

Limo coactus particulam undiq;

Delectam, & insani leonis

Vim stomacho apposuisse nostro.

Sicuti & Iurif. consulti tradunt, *Caius in pecudum, 28. de usur. lib. 22. P. tit. 1. in pecudum, de rer. diuis. lib. 2. Instit. iur. ciuil. tit. 1. hominum causa omnia constituta.*

¶ Porro ¶ personæ nomen, pro homine in individuo, apud Latini etiam sermonis probos auctores receptum est non aliter, quam in tit. P. de iure personarum: ueluti apud Celsum medicum *lib. 1. Medicine. Nemo, inquit, in splendida persona periclitari vo-*

luerit coniectura sua, ne si non seruassit occidisse uideretur. Eo modo dicimus personam vicem hereditatis sustinere, *l. hereditas, 34. de acquir. rer. domin. lib. 41. P. tit. 1. & patris & filii pro eadem habere personam, l. fin. de impub. lib. 6. C. pactum personale, quod adhaeret homini in individuo, l. iuris gentium, §. pactorum, de pactis, lib. 2. P. tit. 1. 4. & sic de similibus. Dicunt Græci *ἄνθρωπος*, personam aliquando, ut apud Phocylidem, *ἀδίκος ἢ ἄδικτος ἄνθρωπος, non indicabis iniuste hominem.* Et apud D. Paulum *ad Roman. cap. 2. ἀνθρώπου, personarum acceptio, & dicitur, inquit, ἄνθρωπος, ἄνθρωπος, id est, non est personarum acceptio apud Deum. Proprie tamen Græcis *ἄνθρωπος* id in homine, *ἄνθρωπος τὸ ἀνθρώπου*, quod est circa oculos quod apparet ex homine. Et ut ait Iulius P. Illax, *lib. 2. Onomast. cap. dum tractat τὰ φύσιν ἢ ἀνθρώπου, τὸ ὄψιν τὸ μὲν τὸ πρῶτον, id est, quod fronti subest. Ita & Gellius, sicuti quidam inquit, sciens esse hominis putant, os tantum, oculos, & genas quod Græci *ἄνθρωπος* dicunt, unde uultuum similitudines consilia, siue larua personæ, & τὰ ἀνθρώπου dicunt. Aut. Gell. lib. 13. c. 28.***

¶ Ut ¶ existimem personalia illa dici, quæ attributa homini dicere possumus, circumstantias, qualitates tum animi, tum corporis, sed potissimum externa corporis, ut apud D. Lucam *20. uersic. 21. οὐδὲ μὲν ὄψιν ἄνθρωπος ἀδίκος ἢ ἀδικτος, ἢ ἀνθρώπου ἀνθρώπου, id est, formis quia recte dicitur & doces, & non accipis personam.* ¶ Erig; duplex ¶ homo, & is qui foris est noster homo, ut ait D. Paulus *1. Corinth. 4. d. D. Basilius in sermon. in princip. proverborum.* apparens in facie & persona cum sua qualitate: & ille qui interior, anima inquam & spiritus intellectualis, qui pro forma hominis est, ut suo loco docuimus in tractatu hominis. Unde & dignitas & honor, & omne quod hominibus impositum externam notam, & ueluti visibilem præfert, persona dicitur. Ut sæpe apud bonos auctores ita usurpatur gerere personam, imponere personam, &c.

¶ Et ¶ ideo in re beneficiaria ecclesiastica personatus est, prærogatiua quædam apparens in ecclesia sine iurisdictione in sede, uel ex sedra, uel, ut dicunt, in stallo, in choro præ aliis honorifico, *cap. audita, c. 4. de restit. spoliat. lib. 1. Decretal. tit. 23. Panor. in c. de multa. de preben. gl. in extrauag. exscrubilis, in uerbo personatus, de preben. in extrauag. communibus.* Sic Vlpian. dixit, statuas illas figuræ hominum, ex quarum rostris aqua salire solet, *Vlp. in l. fundi in lib. 18. §. fin. de act. emt. lib. 19. P. tit. 1. personas.* ¶ Scio ¶ tamen & personam & *ἄνθρωπος*, pro proprietate quadam diuina & pro anima accipi aliquando apud sacræ paginæ professores, ueluti Gregorius Nazianzenus *Oratio. eis τὰ δὲ τὰ ἀνθρώπου, ἰδὲ τὸν ἄνθρωπον & τὸν ἀνθρώπον, idem ualere ostendit, id est, idem proprietates hypostasos & personas.* At de his loqui non præsentis est instituti, sed de personis, id est, hominibus, prout communiter in iure accipiuntur.

¶ Genus ¶ itaque diuidendum est, persona & homo, is namque in initio singulariter vnus creatus est a Deo, in auctus: subinde ab eius latere Eua producta, *Genes. 1. ut non difficile sit intelligere hominis appellationem ad utrumque sexum porrigi, Caius l. hominis appellatione, 152. de uerborum significat. omneque statum personarum siue sint liberae, uel seruae, uel alterius modi, Vlpianus in l. 2. §. homines coactos, uel bonorum raptorum, lib. 47. P. tit. 8. Ulp. l. 3. §. 1. de lib. hom. exhib. lib. 43. P. tit. 29. ¶ Quod ¶ de natis iain-*

spadones. Sic enim Clearchum Athenæus lib. 1. *dipnosoph.* meminit dixisse eunuchum, vt sit ἀνήρ τε καὶ ἄνθρωπος, vir & non vir. Cui accedit & Aristoteles *de genera. anima. c. 2.* Menander in *sententiis comicorum* & Menandri *c. 43.* tamen dixit, εὐνοχὸς ἄνθρωπος & ἀνὴρ. Eunuchus alia quædam fera est in vita. ¶ Dixit forsitan aliam feram, quia nec inter animalia aliquid fit inuentum, quod vtriusque sexus genitale efficax habeat membrum, vt defendit Aristoteles *lib. 3. de genera. animal. cap. 6.* irridens eos qui dicunt hiennam alternis annis marem & feminam esse, sicuti fertit Orus Apollo in Hieroglyphicis *libra 137.* & subannat Herodotum Hera. leotam scribentem duplex genitale habere & maris & feminae, & seipsum inire Tro. hum. ¶ Et Alexander Seuerus Cæsar nec mares nec feminas eunuchos existimauit, sed tertium quoddam genus hominum, & ideo vltim eorum viris ademit omnino, & vix matronis præclaris concessit, vt refert Lampridius in *Alexan. Seuer.* Scribit & Valer. Max. *lib. 6. cap. 7.* Amilium Lepidum Mamercom Consulens, Genutium quendam, qui sibi membra genitalia amputauerat, a Neuiano Sardinii liberti heremda institutum, hereditatis successione inde indignum declarasse: ideo quia videretur obscæna Genutii persona, qui neque virorum neque mulierum numero haberi posset, atque perinfame esset huius monstri, tertie generis hominum, inquinata voce, sub specie petiti iuris tribunalia polluit.

¶ Tradit Lucianus in *Eunuchis*, philosophari non debere eunuchum, & huiusmodi homines se iudi debere non tantum a philosophia, sed & ab omnibus sacris & ab omnibus cætibus publicis eiici, esseque quoddam animal varium & anceps, non aliter quam cornices, quæ neque inter cortos nec columbas annumerari queant. Et lex quoque vetuit eunuchos in consilium ecclesiasticum assumi, vt ait Diuus Athanasius in *epist. ad solitariam vitam agentes.* ¶ Eo tamen magis exofis, qui seipso castrauerunt, permiserunt se caltrari ab aliis nulla necessitate suadente, quod veluti ex professo in naturam & propriam seuerint: vt non immerito statuerint sancti patres in concilio Niceno *can. 1.* οὐδὲν τῶν ἐνανθῶν ἐπιτελεῖται, τῶν κατὰ τὴν κληρὸν ἐκτελεζομένων πνευματικῶν ἀσθενῶν, &c. Si quis bene se habens seipsum incididerit, non numeretur inter clericos. Rursum in canonibus Apollolorum, Si quis amputauerit sibi virilia, non fiat clericus, quia sui homicida. & Dei conditio inimicus. Si postquam clericus factus id egerit, detronetur, in *ca. ap. off. can. 21. c. 22.* & in *can. si quis absciderit. 55. dist. in 4. ap. Grat.* Repetitur in concilio Arelatensi I. *l. c. hi qui se. 55. dist. in 4. apud Gratia.* Et teste Suida, dum agit de Antiocho presposito, & in verbo, ἀλεξίου, Theodosius Imperator statuit edicto promulgato, ne eunuchus inter patricos conferretur. Vetuit & Deus, ne ingrederetur templum suum. *Douerono. c. 23.* Et D. Hieronymus testetur in *comment. ad cap. 53. Iesaiæ,* & *tom. 1. in catalogo ecclesiasticorum scriptorum, vita 6. dum agit de Crescense, regine Candaci Eunuchum eductum a D. Philippo, & baptizatum, Actiorum 8. c. fuisse apostolum Ethiopie.* ¶ Et tamen eunuchi fuerunt, placuit postea melioris æui principibus, vetuitque Domitianus, Xiphilum. *ex Dio. in Nerone.* & Ammia. *Marcell. lib. 18. Histo. & Suet. in Domitian. c. 7.* Imperator, ne quis castraretur intra fines imperii Romani. Id ipsum sancit Nerua Cocceius, Xiphilum. *in Nerua Cocceio.* Constantinus autem Imperator in eos qui castrarent aliquos, penam capitis statuit, *l. de eunuchis lib. 4. tit. 42.* agiturque in huiusmodi castrantes præter necessitatem, iudicio legis Corneliæ de sicariis, *l. 3. §. qui hominem. l. 4. §. idem diuus. ad l. Corneliæ de sicar. lib. 48. P. tit. 8.* Vetuit & Leo quidem in eitione Romani imperii eunuchum fieri, & ibi factos vendi, alibi tamen exfectos & barbaros vbi que permittit distrahi. *l. 2. de eunuchis.* Cum factum emendari non possit, quod tamen detestabile reddit eos, qui hoc tentarint. Sicut tamen & Ammianus Marcellinus *lib. 14. Histo.* scribit de Semiramide. *Quis, inquit, videns spadonem luridam inuitudinem, non detestatur memoriam Semiramidis regina illius veteris, que teneros mares castrauit omnium, prima, velut vim inieciens natura, eandem que ab instituto cur, ut eorum quens, que inter ipsa oriundi crepusculia, per primogenitos feminis fontes tacita quodammodo lege, vias propaganda posse, status ostendit.* Vbi tamen dignum notatu est, dici spadones castratos, cum tamen spadonem non castratum & castratum dicat Vlpianus in *l. si seruus. 39. §. 1. de iure do. lib. 23. P. tit. 3.* forsitan & eum spadonem dixit, qui abscisso altero testiculo alterum habet. in *l. Pomponius. §. 1. de adilit. edit. c. 1.* Huc accedit quod Varro in lege Mæuia apud Nonium scriptum ait *Si qui patrum maiorem, arcentem exlinguit, in eo est culpa, hoc facti pro sua parte is qui se eunuchus, aut*

alibi liberos producit. Exstat & Phocylidis prohibitio *verso. 175.* μήδ' ἂν παδοθῶν ποτὲ τέμνῃν ἀσπὶνα κέσθῃ, Nec marem castrati natura generare valentem. ¶ Theobaldus tamen Camefinorum & Spoletinorum Marchio in auxilium Beneuentani Principis vocatus contra Græcos, cum eos vicisset captos, in ignominiam castrauit, vt ita a muliere per ludibrium incessetur, viro eius capto, cur contra fæminas bellum instituisset, di. ens contra illas illud deuolui, quando mariti testiculis, qui vxorum erant solum, priuarentur, vt refert Luithprandus Ticinensis *lib. 4. de rebus per Europam gestis. cap. 4.* Carolus Magnus in capitularibus legibus, quas addere legibus Longobar. placuit, *cap. 5. fol. 82.* sic statuit de Mancatione qualibet, *Si quis alterum presumptione sua vel sponte castrauerit, & ei ambos testiculos amputauerit, integrum vniuersitatem suam iuxta conditionem persone componat: si virgam absciderit, similiter: si vnum testiculorum, medietatem soluat.* Et in legibus Salicis *tit. ul. de debilitat. b. §. 17. 18. 19. 20.* Si quis ingenium castrauerit, aut virilia in ancaplauerit, unde mancus sit, 4000. denariis, qui faciunt solidos centum culpabilis iudicetur: si vero ex iniectio uleui virika 8000. denariis, qui faciunt solidos ducentos: Si Saleucus Saleucum castrauerit, totidem præbeat: si quis antrufionem castrauerit, 24000. denariis, qui faciunt solidos 600. excepta medicatura, que nouem solidis componatur. Notandum tamen in eunuchos non semper neque vbi que seueram fuisse legem: sunt enim nationum mores diuersi, & quodlibet seculum habet & fouet quædam, quæ præteritis displicuerunt, & a sequentibus admittuntur. Et quidam voluptatis causa habuerunt eunuchos, vt Nero Sporum, imo & eunuchas, vt Lydii. Xanrus enim refert *lib. 2. verum Lydarum.* primum Lydorum regem Andramytem, mulieres eunuchas effecisse, iisque loco virorum eunuchorum vsuum fuisse, teste Athenæo *lib. 12. Dipnosoph. cap. 12.* Sed & vt scribit Herodotus *Halicar. lib. 8.* apud barbaros pretiosiores eunuchos fuisse constat illis, qui non fuissent castrati, in omni genere fidei gratia. Quam obrem & ob fidem eorum habuerunt principes ex illis σκωλοφλάκας, custodes scilicet corporis, vt Cyrus teste Xenophonte *lib. 7. pædie Cyri, Rex Ægypti, Genes. cap. 39. c. 40.* Assyriorum, *Hesper. cap. 1. c. 2.* Erat Iuliano Cæsari Eutheries spado eximia fidei præfectus cubicularius, *Ammia. Marcell. lib. 16. Histo.* Eunuchi quippe feri & acidi semper, carentes necessitudinibus ceteris, vt ait Ammia. *Marcellinus lib. 18.* acerrimi custodes existimati potissimum matronarum, cum quibus concumbere non possent quibusque expeditius, quam ancillæ possent obtemperare. vt tamen aliquibus *ἐν ὄχρῳ* dictus videatur, *ἀπὸ τῶν τῶν ἐχθρῶν καὶ ἐπιμελεῖσθαι,* quoniam videlicet ad cubillum & gynæcorum custodiam & curam comparari solerent, aliis *ἐν ὄχρῳ*, a bona mente, eo quod venere, quæ mentem adimere solet, careant. Quanquam melius ab Eustathio dicantur, quasi *ἐν ὄχρῳ*, a priuatione vel viduitate testiculorum. Et alibi Vlpianus *l. si seruus seruus. 38. §. si puerum. ad l. Aquil. lib. 9. P. tit. 1.* per castrationem, puerum pretiosorem fieri dixit, etsi iniuria in eo fiat. Quod Accursius in *dicto §. si puerum.* intelligit, habito respectu locorum & opinionis, vt in Apulia pretiosior sit non autem in Italia.

¶ Neque tamen etiam re ipsa & in se sunt pretiosiores, sed ratione vltus alterius: Nam spado, cui tam necessaria pars corporis abest, morbosus est, vt admittatur in eius redhibitione ædilium curulium edictum ex sententia Pauli Iurifconsulti, *l. si autem. 7. de adilit. edit. lib. 21. P. tit. 1.* ¶ Et tamen Aristotele *Problema. sect. 10. q. 28. 39. 40.* & *lib. 1. de genera. animal. cap. 2.* & Galeno in *6. lib. apho. Hippocrar. aphor. 28.* constat ex viro in fæminæ naturam castratione mutari, vocem fieri tenuem, corpus imbecillum, crura putrida. Verum tamen fuerunt ex grege horum eunuchorum, sicuti & aliorum præstantes viri, qualis Hermeas ille A. arne oriundus tyannus, quem supra modum est admiratus Aristoteles, adeo vt ei perinde ac Deo sacrifici. auerit, si credamus Luciano in *Eunuchis.* Regnauerunt & in Perside spadones olim, vt auctor Plinius *lib. 13. cap. 4.* Atque sacerdotēs Dianæ Ephesinæ erant eunuchi, qui *μεγαλοβουζοι* dicebantur, ac semper aliqui accerserantur dignitali præfectura, & in honore maximo habebantur, cum quibus & virgines aliquot sacras esse oportebat, vt narrat Strabo *lib. 14. Geogr.*

¶ Refert tamen & Lucianus in *dialog. de Syria dea.* tales fuisse sacerdotēs dictos Gallos, quorum originem refert ad Combabem perpulcrum architectum, qui missus ab Assyriorum rege cum Stratonicæ regis vxore in Babyloniam ad ædificium pergendum, ne in zelotypiam regis incidere vel suspitionem adulterii,



rit: atque tertio die aliud etiam animal muliebri forma ex vndis emerisse. Nam vultus leuitas, comæ prolixitas, nec non reliqua corporis constitutio, & capilli partim complicati, partim soluti, formæque splendor feminam esse denuntiabat, idque pectore 4 tenus apparentibus mamillis. Apparuisse etiam hos Tritones & Nereides in mari sæpe refert Plinius *lib. 9. histo. natu. c. 5.* Ludouicus Viues etiam narrat suis temporibus apparuisse apud Battaos hominem marinum, quia etiam supra duos annos ab hominibus detentus esset, capillive fari, verum bis pestilentia afflictum, in mare remissum gaudentem & exsilietum. Ferunt 5 & esse quædam monstra marina Sirenes dictas, superiori sui parte virginis formam referentes, inferiore in piscis vel serpentis caudam desinentes.

Monstrum maris, vt ait Ouidius,

Sirenes erant, qua voce canora

Quaslibet admissas detinere rates.

De quibus commentaria late in Ouidii *lib. 5. Metamorphosim,* & Seruius in Virgilio *lib. 5. Aeneid.* & Homerus in *Odysea 11.* 6 Et alias in syluis apparuisse Satyrum D. Antonio heremite testis est grauis auctor Hieronymus in *vita Pauli heremite*, hominulum, inquam, aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat, eumque cum Antonio locutum fuisse & dixisse interrogatum, *Mortalis ego sum, & vnus ex accolis heremi, quos vario errore delusa gentilitas Faunos Satyrosque, & Incubos vocans colit: precamur, vt commutem Deum pro nobis deprecetur, &c.* Si sit tamen libera sententia, non dubito hos vel inter monstra hominum, non sunt liberi. *de sta. hom. in P. l. osi. ensim. de verb. sig. l. quod certatum, de pest. humis here. li. 6. C. iii. 29.* vel inter animalia annumerare: sicuti & Sphingem, quam Nicephorus Calisti *lib. 9. hist. ecclesie. c. 19.* scribit habuisse mammas & corpus muliebri, & facie rotunda in eandem formam inclinante, voce humana, sed non arti. ulata. Meminit & Plinius qui inter species fimarum constituit, *Plin. li. 8. c. 21.* Et si Diodorus monstrum dicat, *Diod. lib. 5. Biblioth. c. 6.* Sunt etiam inter monstra hominum hypocentauri, quorum vnum apparuisse in heremo eidem D. Antonio scribit etiam Hieronymus in *vita Pauli heremite*, media anteriore parte hominem, posteriore equum. Et Plinius *lib. 7. c. 3.* se vidisse sub Claudio Cæsaris principatu in melle conditum ex Ægypto delatum testatur. Quam-

uis et Cicero *2. de natu. deor.* inter aniles fabulas centauros & chimeras habeat. Sunt & alia his similia monstra humana in India apud Strabonem *lib. 15. geograph.* que, vt Plinius auctor *lib. 7. c. 2.* vbi tractat de monstris figuris hominum, est, potissimum in India nascuntur. Quod viri Indorum scelestissimi quidam cum feris coeant, & inde mixtos & semiferos esse partus, quod valde abominabile est & detestationis vindictæque septem ciuitatum Sodomitarum dignum, ferere a Deo propria lege prohibendum, *Genes. 19.* adhibita capitali supplicii vltimi poena, *Exod. c. 22.* Eadem sentit & Philo Iudæus, *lib. de specialibus legi.* in aliis alibi natis monstris. Bonifacius Simoneta *lib. 4. epist. c. 10.* pariter speciem hominum, sed rationis vsu carentium constituit Pygmaeos, qui ultra Ægyptum cit. a originem Nili habitant, in tertio anno generant in octavo senescunt, non verecundiam, non iustitiam, non honestatem colentes: genus tamen hominum pusillum quamuis dicat Aristoteles *lib. 8. hist. animal. c. 12.* quod pugnat cum gruibus, nec fabulosum, sicuti & firmat Plinius *lib. 1. c. 23.* & *lib. 7. cap. 2.* & Philostratus *lib. de Iconibus in Hercule dormient.* Refert etiam Plinius *lib. 7. c. 2.* in Africa solitudinibus hominum species obuias subinde fieri & momento euanescere. Ferunt etiam Rabinorum deliramenta. Munster in *lib. qui Mesias dicitur Christianorum prope principium*, ex femine Adami & aliorum hominum pollutione collecta a demonibus, demones quosdam abortiuos nasci, quos vocant Faunos seu Lilitim, abortiuus partibus similes: qui & nascentibus pueris insidiantur, & mortuo eo ex cuius spermate fuerint compacti, ad cadaver eius concurrere, & illud polluere, nisi arceantur. Et hæc sunt de illis fabula Indicæ quæ Omirto hic recensere somnia vanissima quorundam vulgarium scriptorum, vt narras de *Selunca Sibile qua in Ancona est Antonius de la Sale & Italia somnia libri d' Amadis de Gaule, & de la belle Melusine, & alii eiusdem farinae.* qui rati sunt, qualdam mulieres compertas fatidicas, quas dicunt Fees. Viros quoque qui quæve perpetuis delitiis fruuntur abunde in hoc seculo alicubi in vltimum vsque diem generalis iudicii, quo damnatione æterna ad inferos detrudentur perpetuis suppliciis cruciandi cruciandæ. Hæc enim sunt cum nugis & gerris anilibus auerruncanda vt falsissima, vel si quid habuerint ostenti, vt demonica spectra & impiissima & fortilega ignibus tradenda: ne vel vestigia inter probos aut improbos vnquam remaneant.

DE DISTINCTIONE PERSONARUM EX GENERATIONE ET DE SPONSALIBVS, LIBER VIII.

De Coniunctione maris & feminae permilla, & vtitia, & de personis inde natis in genere. Cap. 1.

1 Continuatio libri.

2 Summaria ex propagatione personarum distinctio, in naturales tantum, naturales & legitimos, spurios, adulterinos, incestuosos, nefarios.

3 Rebus omnibus Deus semina conseruationis sue speciei indidit.

4 Perpetua res corporales per subrogationem.

5 Generationis & corruptionis causa.

6 Maris & feminae coniunctio a natura.

7 Coniunctio maris & feminae in omnibus quomodo differat a brutorum coniunctione.

8 Finis coniunctionis legitima hominum generatio & subrogatio.

9 Leges dictæ coniunctioni huic hominum, ne contumnerentur.

10 Naturales sibi absolute dicti, & qui naturales, & legitimi.

11 Legitimi & naturales quare dicti, & quid legitimum.

12 Diuisio personarum & filiorum, in naturales tantum, legitimos tantum, legitimos & naturales, & legitimos.

13 Naturales tantum qui, & quot species.

14 Spuriorum nomen ad omnes illegitimos pertinet.

15 Legitimi & naturales illi quos, qui ex matrimonio dissoluto vel clandestino postea approbato.

16 Hominum omnium principium post Adami creationem ex generatione & copula maris & feminae, deinde Adamo, Eua, & domino nostro Iesu Christo.

17 Fabula Ægyptiorum de Generatione hominum ex luto & aliorum, impropria.

18 Pallus ex cerebro Iouis nata.

19 Bacchus ex femore Iouis genitus.

20 Seruus Tullius quod conceptus sit ex genitali ex cinere nato, & ex Ocris ancilla, fabula.

21 Cantharus ex pillula sumi seipsum genuit.

22 Aqua fontis Cylliporus mulieres impregnat.

23 Honestas maxime in coniunctionibus consideranda.

24 Matrimonium affectasse malis artibus in Marino puniunt.

25 Matrimonii honestas naturalis est.

26 Matrimonii potestas inhibita mulieribus fortuna libidinis coniunctis Vtopia.

27 Vxorii nomen, dignitatis non voluptatis nomen.

28 Matrimonia iriudicis & rapturibus inter dicta.

29 Matrimonii ritus & solemnia & que triplici modo antequam contrahatur, cum contrahunt, & postquam contraxerunt.

30 Matrimonia præcedunt sponsalia, artha, osculum, donationes ante nuptias, anacalypteria.

31 Matrimonii tempore considerata, ritus nubendi solemnia substantialia, affinitates, prohibitiones nubendi, dotes, incrementa, lucra, paria, onera matrimonii, hypotheca, solutio.

32 Matrimonio soluto considerantur viduitas, nuptiae repetite, dotes restitutio, persona.

Hæc sexu hominum quaedam alia affinis sequitur distinctio, vt quidam coniuncti sunt, alii cœlibes, alii vidui. Coniuncti quidam naturali coniunctione solum, alii lege etiam approbata coniunctione. Cœlibes dicuntur, qui nec coniuncti sunt, nec fuerunt, de cœlibibus pauca infra *lib. 9. c. 6. & 14. Vidui*, qui nunc con-